



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 35. Episcoporum Arbitrium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

altum Sanctitatis apicem perveniant. Sæculum IV.
A. C. 398.
Vult autem, ut etiam ii, qui fuerat divi-
tes, pro virium suarum modo laborent. 23.

Porro S. Augustinus conqueritur, vi-
tam Monasticam obscurari a plurimis hy- 28.
pocritis, undique sub Monachorum veste
dispersis, qui a nemine missi, & nullibi
permanentes, per Provincias vagarentur.
*Aliqui eorum, inquit: ex Martyrum Re-
liquiis, si tamen tales sunt, lucrum captant,
alii in vestitu Monastico gloriantur, alii
ad parentes suos ire se fingunt, in longe
dissita provincia existentes, omnes mendi-
cant, omnes, ut sibi subsidium detur, exi-
gunt, quorum vel quæstuosam paupertatem
sustentare cogimur, vel simulatam Sancti-
tatem præmiari, & ubi contingit, ut isto-
rum impostorum crimina explorentur, Mo-
nachorum, quod gerunt, nomen sanctissi-
mæ aliorum professioni dedecori est.* Inc. 31. &c.
Inc. 31. &c.
fine vituperat, quod ignavi hi Monachi
pertinaciter longos capillos alant; hæc
circumstantia, aliis juncta, prope fidem
facit, eos de genere Massalianorum fu-
isse. Ad hos etiam referri potest, quod Can. 44.
in uno Canone Concilii Carthaginensis
Clerici longum capillitium nutrire pro-
hibeantur.

§. XXXV.

Episcoporum arbitrium.

In eodem Tractatu S. Augustinus JE- c. 29.
sum

Sæculum IV. sum Christum testem invocat, magis sibi
 A. C. 398. commodum futurum, si quotidie suis ma-

nibus certis horis laborare liceret, sicut in
 Monasteriis, ubi Disciplina viget, & dein-
 de liberum sibi foret, reliquo tempore
 lectioni, orationi, & Sacrae Scripturae me-
 ditationi incumbere, quam negotiis tem-
 poralibus onerari, quibus immisceri coge-

in Psalm. batur. Sæpe etiam alias deplorat, tot
 118. ferm. negotiorum mole se molestari, ad qua
 24. n. 3. Charitas obligabat, ut satisfaceret præ-

cepto Apostoli, prohibentis, ne Christia-
 ni coram iudicibus Infidelibus in iudicio
 starent. Possidius in vita ejus hac de re

Poss. c. 10. ita loquitur: *rogatus a Christianis, vel
 cujuscunque Sectæ hominibus, benigne, &
 diligenter non nunquam usque ad tempus
 prandii, non nunquam tota die jejunos, cau-
 sas audiebat, varios Spiritus discernens, &
 attendens, quantum quisque in fide, & bo-
 nis moribus proficeret, vel deficeret, atque
 occasionem nactus, legem Dei docebat, &
 hortabatur advenientes, nihil aliud, quam
 Christianam obedientiam ab eis exigens.
 Quandoque ad aliorum preces scribebat epi-
 stolas, secularia respicientes, at hæc om-
 nia tanquam impedimenta aestimabat, qua
 a melioribus studiis arcerent. Legem in-*

venimus Honorii 27. Julii anno 398. Me-
 diolani datam, qua ejusmodi arbitria Epis-
 coporum confirmantur his verbis: *qui
 sponte coram Episcopo causam dicere vo-
 luerint,*

Lib. 7. de
 Episc. aud.

luerint, non probibeantur, sed ejus sententiam tanquam Arbitri voluntarii, & tantum in causa civili accipient. Nec lex ista illis noceat, qui citati comparere noluerint.

Sæculum IV.
A. C. 398.

§. XXXVI.

Leges contra Asyla.

Lege alia, data in Oriente, eadem die, sexto Calendas Aug. Honorio, & Eutychiano Consulibus, id est, 27. Julii anno 398. reprimuntur abusus, qui increverant, dum Clerici, Monachive importune intercedebant, ut homines are alieno obligatos, aut criminum reos salarent. Legistenor est: *Nulli Clericorum, aut Monachorum, etiam illorum, qui Canobitæ dicuntur, liceat, liberare, aut vi retinere reos, ad supplicium damnatos. Et inferius: nemo etiam detineat, aut deferat reos, qui post appellationem ad supplicii locum ducuntur. Si vero Clericorum, & Monachorum temeritas tanta sit, ut bello potius, quam processu judiciali opus esset, res ad nos deferatur, ut eorum audaciam quam citissime puniamus. Cæterum ab Episcopis ratio exposcetur, & pœna, si sciant, in sua Diœcesi Monachos contra hanc legem peccasse, & eorum temeritatem non retundant.* Cumque sapius Episcopi tales homines, ob debita, vel crimina carceri datos, & a Clericis ereptos,